

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XXVII. Explicantur excommunicationes reseruatæ, contentæ in libris  
Extrauagantium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

quenter dum sacrificium Missæ peragitur. Præterea excommunicatus; aut interdictus vitandas esse debet post Concilium Constantiense Ecclesiæ item ex quibus exite nolunt Ecclesiastico supposita esse debent interdicto, ut hæc omnia probata reliquimus; alias hæc censura locum non habet.

- 34 Denique in omnibus his actionibus præsumptio requiri-  
tur, ubi præsumperint. Vnde quælibet ignorantia sine legisisti-  
ue censure modo affectata non sit, excusat ab hac censura in-  
currerat, nisi notauit Caet. Navarr. Sayr. Suar. Bonac. & alij  
loc. all. g.

## P N C T V M   XXVII.

Explicantur excommunications reserua-  
ta contentæ in libris Extra-  
vagantiam.

- 1 Explicantur excommunication aduersus rebellis statutis, in fa-  
torem Ecclesiæ Tolosanae;
- 2 Expenditur excommunication aduersus exenterantes corpus  
defuncti;
- 3 Comprehendit eum qui prædictas actiones in terris fidelium  
exerceat;
- 4 Item qui has actiones præstaret, ut corpus mortuum alibi tu-  
mulandum deferret.
- 5 Corpus defuncti sic inhumane tractatum carere debet Ec-  
clesiastico sepulturæ;
- 6 Declaratur excommunication aduersus Religiosos Ordini-  
num Mendicantium, transentes sine specia-  
li licencia sedis Apostolica ad Religionem S. Bene-  
dicti.
- 7 Non procedit hac Constitutione in transitu ad Carthu-  
sianum.
- 8 Neque stante speciali licencia Sedis Apostolica, & qualis de-  
bet esse.
- 9 Item si fuit à Religione exclusus, neque admissus, est signa  
contritionis præstiterit.
- 10 Declaratur excommunication aduersus Religiosos, qui ad par-  
tes ultramarinas obi non admittit fidèles, se conseruant,  
ab illa licencia iuram Superiorum.
- 11 Expenditur excommunication aduersus violantes constitu-  
tionem Sixti IV. de conceptione Beatae Virginis.
- 12 Quid statuerit Cone. Trident. Pius V. Paul. V. & Greg. XV.  
de his rebus.
- 13 Explicantur excommunication aduersus eos qui ob ingressum  
Religionis aliquid dant, vel recipiant.
- 14 Declaratur specialiter actio ob quam hac excommunication  
incurrit.
- 15 Expenditur excommunication aduersus Simoniam commi-  
tentes.
- 16 Declaratur excommunication aduersus eos, qui prætextu fa-  
cilitatum à Pontifice concessarum, tentant à casibus re-  
fusari absoluunt.
- 17 Declaratur excommunication aduersus dantes, vel recipien-  
tes aliquid pro obtinenda aliqua gratia, vel iustitia  
apud Sedem Apostolicam.
- 18 Promissio animo non te obligandi hinc excommunicationis  
subiectum.
- 19 Explicantur, an promissio gratitudinis future subiectum huic  
excommunicatione.
- 20 Debet acceptari promissio, ut huic excommunicatione sit lo-  
cus.
- 21 Cuius rei datio, seu promissio hanc excommunicationem in-  
ducatur.
- 22 Quid nomine gratia, vel iustitia in hac excommunicatione  
intelligatur.
- 23 Pro auctoritate, vel differenda alterius iustitia aliquid iu-  
diciari, communis sententia defendit sub hac ex-  
communicatione comprehendit.
- 24 Esi prædicta sententia confundenda sit, contraria non videtur  
improbata.
- 25 Non est opus obtinere gratiam, vel iustitiam.
- 26 Gratia, vel iustitia debet esse à Sedis Apostolica.
- 27 Nomine Sedis Apostolicae Pontificis quantum iurisdictionem  
spiritus sanctus exercet intelligitur.
- 28 Huic excommunicatione subiectum usus gratia, seu iustitia  
sit obiectum.
- 29 Non reuelantes intra triedium subiecuntur huic excommuni-  
catione.
- 30 Existentes tantum in Romana curia hoc præcepto denuncia-  
tions ligantur.
- 31 Explicantur actiones, quas Gregor. XIII. suprad. Extrauag.  
addidit.
- 32 Explicantur excommunication aduersus vulnerantes Rettore,  
sue officiales Marchionantes.
- 33 Expenditur excommunication aduersus Episcopos, aliosque

Prælatos, qui venientes ad Romanam curiam causa m-  
giorum beneficiorum pertinet.

Prima excommunication habetur in Extrauag. Saluator, de  
Prebendis? vbi Ioann. XXII. fert excommunicationem, &  
suspensionem, & interdictum aduersus rebiles confirmationis  
bus a se factis circa Ecclesiæ; & Episcopum Thololanum.  
Cui nihil speciale animaduertendum occurrit, cum texus sit  
semper apertus. Præterquam quod materia est specialis, & non  
omnibus communis.

Secunda excommunicatione & Pontificis reservata in Extra-  
uag. defensanda de Sepulchro, vbi Bonifac. VIII. excommuni-  
car omnes fideles, qui corpus defuncti cuiuscunque condicio-  
nis sit truculenter exenterant, ac illud membratum, vel in  
fructu immaniter concidentes, ea subsequenter aquis immer-  
sa expounere, igitur decoquenda; & tandem ab ollibus rega-  
mento carnis excuso, eadem ad partes alias mituus seu de-  
rum tumulanda.

Hæc excommunicatione comprehendit eum tanquam qui in  
terris fidelium has actiones circa defunditorum corporis ibi  
mortuorum exercet, ut ostendunt verba Texus: In cunctis  
terræ seu locis in quibus Catholica fidei cultus vigeret, id est ex-  
tero claudet exterritum. Quapropter si defunctus esset in lo-  
cis, vbi non vigerit Catholica fides, ibique prædicta actions  
exerceretur, ut in sacrum locum deferri possit corpus con-  
ducendum, locus non esset huic censure, ut ex omnibus senten-  
tia norat Sayrus lib. 3 cap. 30 numer. 2. Barbosa allegat. 10. nu-  
mero 103. Tolet. lib. 1. cap. 36 num. 6. Corporalem fidem  
debent esse, non infidelium; ut colligatur ex illis verbis: &  
quisquam ex eis scilicet fidelibus, de quibus proximè men-  
tionem fecerat, ut bene notauit Bonacina tom. 3. disp. 1. qz.  
punct. 45. num. 6.

Secundum comprehendit tanquam cum qui has actiones præ-  
staret, ut corpus mortuum alibi tumulandum deferret, non  
vero qui ex odio, aut vindicta vel ad maleficium, aut super-  
stitionem, vel causa anathomie hæc præstaret, ut in Cate-  
chism. verbo excommunicatione, capite 70. Bonac. disputatione  
qz. 3. part. 4. punct. 1. Navarr. capite 27. numero 103. Tolet.  
ditto capite 3. numero 6. Barbosa numero 103. Sayrus  
numero 2. Addicte quei corpus defuncti exenterare ne  
fuerat, ut in locum distante defterat tumulandum, vide  
hac excommunicatione ligari, quia non præstat eam  
actionem tam ut alibi tumuletur, quam ut ab aliis con-  
cupione, & fortore defteri possit. Sic tradidit Navarr. Tolet.  
Sayrus, Bonacina & Barbosa loc. allegat. Quoniam proba-  
bile est quod ait Tolet. lib. 1. cap. 36. numero 6. ob solam  
exenterationem non esse locum huic excommunicationis,  
sed necessarium debere corpus defuncti immolare condi-  
cione, que membra decoqui quoniam olla a regimento car-  
nis exuanter, quia omnes illæ actiones dictione & qua  
copulativa est, exprimitur. Præterquam quod sola exen-  
teratio abesse membrorum concusione non est  
actio crudelis, & horrenda, cum passim causâ mortis vitandi  
fiat. Neque obest quod Pontifex excommunicare cum qui  
aliquid contra hunc statuit, & ordinationis tenetem præ-  
sumperit atteneret, quasi dicaret, non est necesse, ut circa  
corpus defuncti omnes illæ actiones exenterationis, con-  
cussionis, & coctionis exerceantur, sed satis est quod aliqua  
illarum præstetur, ut excommunicatione locus sit, ut doc-  
trinae sunt. Disputat. 22. sect. 5. numero 4. Filicinus tradit.  
3. capite 4. qz. 6. numero 74. Bonacina disputat. 2. deca-  
duo. in parte II. qz. 3. punct. 45. numero 4. Non inquit  
obest, quia illud pronomen aliquid, sed satis est quod aliqua  
quam actionem ex enumeratis, sed ad totam excommuni-  
cationis materiam, sue diuinitabilis sit, sue indutibilis, la-  
pè enim potest excommunicationis materia indubitate, sub-  
dit Pontifex prædictam clausulam. Qz. aliquid contra hunc  
nostrum statuit. & ordinationis tenorem præsumperit atten-  
tere. Quapropter illa verba præstant hunc sensum: qui fe-  
mel contra hunc nostrum instituit, & ordinationis tem-  
pore præsumperit atteneret, excommunicatione amula-  
tus sit.

Vltimum subdit Pontifex prænam aduersus corpus defuncti,  
ut sic inhumane tractatum caret Ecclesiastico sepul-  
tro. Que præna est circa corpus defuncti veretur, illius pa-  
tri proprie non est, cùm incapaces sit vii pene, &  
censuræ, est ramen viuorum pena ob crudelitatem com-  
missam, in cuius punitionem, & satisfactionem prohibe-  
tur ne prædicium corpus Ecclesiastici claudant sepulcra.  
Quæ prohibiti post Extrauag. ad enterranda fideles non  
affingit quousque delictum declaratum sit, quam declara-  
tio in iudeo præstare non debet nisi delicto plenè probato.  
Vt ex communis sententia notauit Suar. disp. 22. sect. 5. num. 4.  
Bonac. disp. 1. qz. 3. punct. 45. in fine. Addicte non esse impro-  
babile quod indicat Glorla in presenti, verbo sepulchrum, hanc  
ultimo pensem habere locum, nisi quando defunctus præ-  
dens huiusmodi constitutionem imperavit sive corpus inim-  
i inhumane tractari, ut in sepulchrum à se electum defeni-  
posse.

Tenui

Tertia excommunicatio habetur in *Extraang.* t. de Regula-  
rib. quæ incipit, *Viam ambiciose*: vbi Martinus V. vt confe-  
tuationis Ordinum Mendicantium prospiceret, excommuni-  
cat ipso facto quolibet Religiosos Ordinum Meadicant-  
rum, qui sine licentia speciali Sedis Apostolice virtute  
alicius indulgentias, vel induit ad religionem sancti Be-  
nedicti, Cisterciens, Capudolensis, Vallis-vimbrose, Ca-  
nonicorum regalarium sancti Augustini, vel aliorum Mono-  
sticorum Ordinum nituntur conuolare (*Ordine Carthusien-*  
*um duxit at excepto*) ipsiusque Religiosos recipientes  
eadem excommunicatione subiicit. Et tandem addit decre-  
tum irritans ingressum, admissionem, omnibus subfleque-  
nra. Ex hac constitutione prohibentur Mendicantes, unius  
Religious ad Monastica Religionem transfere, non utcum-  
que, sed vi alicuius licentia, vel induiti ante illam constitutio-  
nem concepsi. Quare si ex alia causa transeunt hanc  
excommunicationem non incurruunt, vti aduerterit Sanch. lib. 6.  
in decalog. cap. 7. num. 110. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. quest. 9.  
pun. 1. n. 4. transitus vero ad aliam Religionem mendicantem  
ipsi non interdicuntur ex vi huius constitutionis, neque item  
non mendicantibus ad mendicantes. Quapropter vt hic transi-  
tus interdictus censeatur, spectanda sunt priuilegia cuiuslibet  
Religionis, de quibus latè diximus trahit. 16. de statu Re-  
ligioso, disputat. 4. punct. 26. per totum, vbi omnes difficultates,  
qua circa hanc constitutionem occurri possunt, expli-  
cavimus.

7. Hac autem constitutio temperatur primo, ne procedat in transiit ad Cartusiam. Hic enim transiit perita in Superiorie Religionis licentia, tametsi non obtenta omnibus Mendicantibus licet ab antiquo privilegii Carmelitis concessum a Paulo V. die 3. Aprilis anno 1610, quo sub ex communica- tione peccata ipso pleno incurenda Carmelitum intercedit huic transiit ad Cartusiam, nisi de licentia obtenta suorum Superiorum. Quo priuilegio gaudent omnes aliae Religiones, qui communicandi in priuilegiis facultatem habent, & specialiter illo fruuntur Religio Societatis Iesu, teste Sanch. lib. 6. cap. 7. num. 10. Bonac. 7. 1. dis. 2. q. 9. pun. 2. num. 2. ut adserunt hanc licentiam concessiōnem sibi Præpositum Generalem tecniesset.

Secundū temperatur hæc constitutio, ne procedant stan-  
te speciali licentiā Sediis Apostolice. Cum enim prohibitiō,  
& excommunicatio ex Sede Apostolica dinaret; licentiā  
concessione prohibitiō, & excommunicatio suspenduntur; li-  
centia specialis illa erit; ut transiūt ex Mendicantibus ad  
non Medicantes fuerint expressi, sive ea concessio facta fuerit  
aliqui Religioso in particulari; sive omnibus Mendicantibus  
in genere, vt bene aduerit Bonac. disp. 2. qu. 1. pum. 1. num. 5.  
Licentia autem Praetatis Religionis insufficiens est, si ad fuc-  
tū in Societate per prilegium Pauli III. anno 1549. &  
Gregorij XIII. anno 1572. concessum Præposito Generali,  
vt possit quibusvis suis subditis etiam profectis, concedere fa-  
cultatem transiūti ad quemlibet alium ordinem. Quo pri-  
uilegio alia Religiones, non gaudent titulo communica-  
tio[n]is, ut exprefse à Gregor. XIII. cauet, & notauit Sanct. lib. 6.  
in decalog. cap. 7. num. 3. Bonac. disp. 2. ques. 9. punct. 1. nu-  
mro 6.

9 Terò temperant aliqui specialiter Bonac. *disput. 2. quest. 9.*  
punct. 1. num. 9. ne procedat in expulso absoluto; & in per-  
petuum, utpote quia à Religione one exclusi, neque illius con-  
fessionem iuvare, que fuit ratio hunc transitum interlicen-  
sidi; sed hoc verum est, postquam expulsi signa correctionis,  
& clematis praesertim. Nam hæc exhibere prius tenetur,  
ut propria Religio fecerit illum renucare posset. Quod si il-  
lis signis ostensis adhuc liberum ad propriam Religionem  
non permititur, tunc liberum erit expulso quamlibet Reli-  
gionem ingredi; quia non est credendum velle Pontificem,  
in facculo remaneat. Sicuti hæc probauit *a. tract. 16. disputa-*  
*ta. 4. p. 2.*

10 Quarta excommunicatio fertur à Ioann. in Extraug. ad  
nobram, de Regularib. tum aduersus Religiones cuiuscunq[ue]  
Ordini, si qui ad partes ultramarinas vbi pauci fideles verlan-  
tur, se conseruant absque expresa suorum superiorum licentia,  
sibi per ipsius litteras patentes concessa. Tum aduersus  
superiores licentiam huiusmodi concedentes alii sibi  
Ordini fratres, quam viris literatis, prouidis, & expertis: in-  
dredit enim summus Pontifex periculum peruercionis tun-  
cuntur, tum fidelium in illis terris commorantium praeca-  
vere.

<sup>14</sup> Quinta excommunicatio Pontifici reservata continetur in Extratrag. Graue nimis, de reliquis, & venerat. Sanctor. vbi Sixtus IV. ipso facto profect excommunicat eum primò aduersus eos qui damnatas à se affectiones veras esse affirmarent, scilicet haresim vel peccatum mortale committere qui credit, aut tener Beatissimum Virginem fuisse ab originali peccato praeferratam. Notandum est verbum illud peccatum mortale: nam si tantum affirmaret peccatum veniale committi, huic censure non esset locus. ut bene notauit BODAC. tom. 3. de censur. in partic. disput. 2. quest. 3. p. 34. numero 1.

Secundo aduersus affirmantes aliquius peccati reatum incertum, qui Officium Conceptionis celebrant, vel conciones audiunt illorum, qui eam sine peccati macula esse conceperant prædicant. Nota verbum *aliquis peccati reatum*, quod manifeste indicat haec censura ligari, si alii assertores peccatum veniale esse officium Conceptionis Beatae Virginis celebrante, vel huiusmodi conciones audire. Neque dixi, si alii assertores peccatum esse festum Conceptionis celebrant, sed officium, quod distinctum est. Attamen assertores peccatum esse celebrare festum Conceptionis tacere illius officium condemnare. Neque ab haec excommunicatione immanentes, tamen prædicti assertores, ex tenetis, & non ex animo. Quia pontifex assertione que scandalum generare poterat coerentes intendit cui intentione parum referat ex animo afflictionem procedere. Ut notauit Sua. 5. de confess. dipl. 22. sect. 3. num. 35. Filiarius tract. 1. 5. c. 4. q. 8. num. 9. Bonac. 13. de conf. in part. diversa. 1. 9. 9. 35. 34. n. 2. Tertio excommunicat eos qui libros prædictos assertiones continentes pro veris legi. tenere, vel habere postquam de dicta Extrajug. noticiam haberint autem utrumque præsumplerint. Notandum est verbum *pro veris*, nam si ob curiositatem aliquis finem prædictos libros legeret, vel teneret, existimando falsas esse prædictas assertiones, non esset locus huc censuræ ut aquiterat. Sua. Filiarius. & Bonac. loc. alle.

Ex alia parte in fauorem opinionis affirmantis Beatissimam Virginem in peccato conceptam fuisse profecti Pontifices excommunicationem aduersus eos qui aut fuerint affecte tenentes gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato conceptam fuisse, heretici crimen, vel peccatum in corpore mortale. Non fetur excommunicatio aduersus eos qui dicent peccare audientes conciones in quibus praedicta Virginem fuisse conceptam cum peccato, neque aduersus eos qui libros legerent, vel tenentes pro veris in quibus affirmarent haeretici, vel peccatum mortale esse affecte. Conceptionem Virginis fuisse concepta originali maculatam quia de his nihil constituto disponit. Ex quo manifeste liquet plures actiones prohibitas esse in fauorem opinionis negantis Beatam Virginem in peccato conceptam esse, quam in fauorem opinionis id affirmantis.

Hanc constitutionem Conc. Trid. sess. 5. de peccato orig. ad finem, approbavit; & confirmavit. Verum quia postmodum graria scandala orta fuerunt occasione quorundam Concio- nacionum maxime affirmantium Beatam Virginem fuisse originali peccato infectam; vt his malis Pontifices occurre- nt varias constitutiones ediderunt.

Nam Pius V. in Bula que incipit *Super specula*, sub pena suspensionis à Diuinis ipso facta incurrienda, & priuatione cuiuscunq[ue] gradus, seu dignitatis, vel administrationis, inhabilitatique ad ipsa prohibet in popularibus concionibus, vel vbiq[ue] promiscua viatorum, & mulierum multitudine conuenienti solet de huius controversie akteruta parte disputare rationibus, vel Doctorum authoritate assertendo propriam sententiam, & contrarium refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa questione cuiusvis pietatis, aut necessitatis praetextu vulgari lemmone scribere, vel dictare. Hac constitutione prohibet Plus V de hac questione, an Beata Virgo fuerit originali peccato infecta in popularibus concionibus, vel voi promiscua viri, & mulieres conuenient, disputare alterutram controversie partem rationibus, & Doctorum authoritate confirmando, & alteram refellendo, seu impugnando. Quare si propriam sententiam confirmes, modi directe non refellas contrariam, vel eam non refellas in popularibus concionibus, seu vbi promiscua viatorum, & mulierum multitudine conuenienti solet, fed vbi homines docti ratiuum concurrint, vti in academias, & vniuersitatibus coniungit, in hanc excommunicationem non incidet. Directe autem censeri oppositam sententiam impugnare, seu refellere cum ratione, & authoritate adducis animo eam euerteri, non erit curia nisi confirmadici.

Paulus vero V. ut disputatione, iurgia, & scandala orta ex eo quod in electionibus, concionib[us]que publicis, affirmaretur Beatisimam Virginem conceptam fuisse in peccato originali sedare. Constitutionem edidit 16. Iulij. 1616. & 31. Augusti. 1617. qua sub eiusdem penitus, ac censoris contentius in Constitutione P[ro]p[ri]a V. prohibuit ne quis in publicis concionib[us], lectionibus, conclusionibus, seu aliis quibusunque actibus publicis afflere audeat Beatisimam Virginem cum originali peccato fuisse conceptam. neve sentientiam Beatisimam Virginem immunitam a peccato originali extitisse aliam opinionem in publicis actibus impugnet, seu de ea aliquo modo agat, aut tractet, videlicet ad illam directe impugnandam, refellendam, & carentem.

Postmodum Gregor. XV. ut plenè scandalis, discordiis, & dissensionibus, quæ ex sermonibus priuatim oriebantur occa sione opinioris affirmantis. Beatum Virginius peccato originali infectam fuisse : aliam Constitutionem sub pena, & censuris contentis in Bulla Pij V. & Pauli V. edidit, quam ad

verbum refer Bonac. disp. 3. de suspensi. quæst. 6. p. 27. q. 4. quæ post confirmationem prædictarum confirmationum prohibet, ne quis in sermonibus, vel scriptis etiam priuatis alferat Beatissimam Virginem originali peccato maculatam fusse; neque de hac opinione aliquo modo agat, aut tractet, videlicet eam laudans, defendendo, rationes in eius favorem insoluas adducendo, nisi forte ex priuilegio speciali sedis Apostolicæ, quale concessum fuit ab eodem Gregor. XV. in Bulla, qua incipit Eximij, edita die 18 Ianuarii anno 1622. Fratibus Ordinis Prædicatorum, ut in priuatis colloquiis, seu conferentiis inter se duntaxat, & non inter alios, possit de opinione affirmante Beatanam Virginem conceptionem fusse in peccato originali agere, & tractare, & rationibus, & Doctrinæ authoritate eam partem fulcere. Et præterea prohibetur ne alio nomine quam Conceptionis publicè, vel prima-tum quis audeat vi in sacrificio, vel officio celebrando. Et delinquentes iudicio Inquisitorum hereticae prauitatis subiciuntur.

**13.** Sexta excommunicatione continetur in Extravag. sanc. que est prima de Simonia aduersus eos qui ob ingressum Religionis ex pacto aliquo, & conuentione tacita, vel expresa, ad fui, aliorum sustentationem, aut ad alium plium vsum aliquid dant, vel recipiunt. Quæ constitutio tam de conuen-tibus feocrinum, quam virorum loquitur, ut confat ex illis verbis, iam à maribus, quam à mulieribus. Verum est tamen Clementem VII. ut Monialium scrupulos sedaret conuentiones permisit de doce tradenda, & recipienda pro congrua, & sufficiente sustentatione, vii referunt Capucini. in compend. priuilegi. verbo Monialis num. 16. & 31. Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 33. num. 231. Suar. disp. 22. scilicet 5. num. 13. & seqq. Miranda tract. de monialib. quæst. 8. art. 7. conclus. 1. idemq. Antonio. 3. pars. 24. cap. 67. & Sylvestr. verbo excommunicatio 7. numero 81. Tolet. lib. 1. summa. cap. 3. 6. num. 7. referunt hanc Constitutionem non habere locum in pacientibus super dubibus Monialium.

Inquit ut huic excommunicationi locus sit, pactum, præ-dia, pecunia, iocalia, aliâ similia dari, & recipi debent non gratis, sponte oblatæ, sed pacto aliquo directo, vel indirecto. Deinde recipi debent ob ingressum Religionis, id est propter ipsum ingressum, quasi in illius pretiosa, ut manifeste indicant illa verba Textus in eundem personam receptionem, quasi dicere, pro receptione earundem personarum prædicta tempora conferuntur. Præterquam quod intendit labem simoni ab ingressu Religionis removere: at hoc non contingit, nisi cum temporale pro spirituali commutatur. Sicut tradunt Sylvestr. verbo simonia. num. 15. Sotus lib. 9. de iustit. q. 6. art. 2. ad 4. Mirand. in manual. prælat. tract. 29. num. 4.

**14.** Dixi ob ingressum non quidem imperfectum, & inchoatum, qualis est suscepit habitus, seu nouitatus, sed debet esse ingressus perfectus, & consummatus, quam est professio, seu vororum emissio veros Religiosos constitvens. Nam cum hac constitutio odiola sit, & penalis, strictè interpretari debet, ita ut solum de propria, & perfecta receptione in Religionem intelligatur: ut redde aduerterit Suar. tom. 1. de relig. lib. 4. de simonia cap. 56. numero 7. Fillius tractat. 45. de simonia cap. 13. quæst. 14. numero 11. Reginald. præz. lib. 23. numero 137. Bonac. tom. 3. de censur. disp. 2. 13. p. 29. num. 11.

Ex hac doctrina infertur ut nullum vicium simonie committere hac Constitutione puniendum, si pecuniam tribuas, non ut in Religionem recipiari, & professo tibi concedatur, sed in tuis, aliorumque sustentationem, & quia pecunia in hunc titulum exhibita non commutatur pro re spirituali, sed pro temporali, qualis est sustentatio. Neque obest ut nullatenus fore in Religionem recipiendum, nisi eam pecuniam in tui sustentationem adduceret, & monasterio concederet, quia inde solum inferat dationem pecunia conditionem esse, sine qua professio non fieret, non tamen esse premium professionis, hæc eleemosyna concessa Sacerdoti, ut sacrificium Missæ celebret.

Temperant autem dictam doctrinam plures Doctores: S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. Caeterum, ibi, & in summa. cap. 73. Nauarr. cap. 27. num. 106. Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 7. Suar. disp. 22. scilicet 5. à num. 9. Fillius tract. 15. cap. 4. quæst. 6. num. 8. 4. ne procedat, clam Monasterium diues est, eiisque redditus sufficiens sunt ad sustentandos tum Religiosos ibi commorantes, tum denudò ingredientem; quia eo casu videbor dat, & recipi pecunia pro ingressu, cum non sit necessaria pro Religiosorum sustentatione. Et confirmari potest primum ex priuilegio relato Clementis VII. concedentes Monialibus, ut conuentiones facere possint de doce recipienda pro congruenti Religiosorum sustentatione; ubi facit in-dicat simoniā esse, si dos ultra conuentem sustentationem exigatur, & recipiatur. Secundum ex cap. unico, §. sanè de statu reguliarum lib. 6. & ex Trident. sess. 25. cap. 3. de reformat. vbi statuit, ut is tantum numerus Religiosorum rata-

vitorum, quæ mulierum in quolibet Monasterio con-suetuus, qui commode ex redditibus Monasterii, & ex con-fuetu eleemosynis ali possit significare ex solis redditibus, & eleemosynis prælappositis Religiosos alenos esse, non ex pecunia quam secum afferunt. Item eadem sess. 25. cap. 16. de reform. sub anathemate prohibet Conc. Trident. ne ante pro-fessionem excepto viatu, & vestitu nouitij, vel nouitij aliqui ex bonis eius recipiat.

Hæc tamen limitatio mihi non probatur, sicut nec Sylvestr. verbo simonia. num. 15. Soto lib. 9. de iustit. q. 6. art. 2. ad 4. Ludouico Mirande manual. prælat. tract. de monialibus. p. 2. art. 7. conclus. 2. & ex parte Bonac. 1. 3. disp. 2. 2. 3. p. 21. 2. 3. num. 4. Nam esto monasterium locuples sic, cùque redditus, vel confusa eleemosynæ sufficiat ad Religiosorum ibi-dem comortantum, & denudò ingrediēt sustentationem, aratam non sufficiat ad conguam sustentationem aliorum plurium si recipere nentur; ut quodlibet Monasterium, & quilibet Religio his habet numerum suorum Religiosorum augendi quantum commode sustentare posse. Ergo potest pecuniam ab ingrediēt exigere, & recipere, & si non pro illius sustentatione, bene tamè pro sustentatione aliorum quos recipere intendit. Præterea nulla Religio, Monasteriumque obligatur hinc in particuliari recipere, illico ex redditibus habitus alimenta præberet, sed ea alie-ri recipiendo referente potest, ergo potest ab ingrediēt accepere, & recipere pecuniam eis sustentationi necessaria, vt redditus Monasterii in aliorum sustentationem influantur, vel in augmentum divitiæ cultus. Vnde nullatenus afferunt Bonac. disp. 2. q. 3. p. 29. num. 6. vers. existim. al. fecerat simoniā esse has confirmatione puniendum si aliquid ultra conguam sustentationem ab ingressu exigatur. Nam inde non infertur ex gratia in premium ingressus, cum ex gratia in sustentationem non illius, & tantum qui denudò ingrediēt, sed aliorum quos Monasterium recipere optat. & in commoditym præexistenter sustentationem, & in divini cultus aug-men-tum.

Ex his solutum est fundamentum oppositum, & confu-matio defuncta ex primilegio Clement. VII. Ad Texum ex cap. unico de statu regulari. in 6. & ex Conc. Trident. sess. 25. cap. 3. respondeo per se ibi prohiberi plures Religiosos recipi quæcum commode alii possint ex redditibus Monasterii, vel ex confusa eleemosynis, non tamè prohiberi receptionem aliorum, qui pro sua aliorumque sustentatione secum pecuniam deferunt; huius enim pecunia receptione potius intentione Concili prodest, quam nocet. Ad Texum ex cap. 16. dico ibi prohiberi aliquid ex bonis nouitij ante professio-nem, excepto viatu & vestitu non ob labem simonis, sed ne nouitij ob eam causam diminuatur libertas in professione emittenda.

Ad extreemam aduerte, si personæ delinquentes aduersus hanc constitutionem singulares sint, hac excommunicatione referuntur innoindantur; ut si capitulum, ut conuen-tuere, suspensionis referuntur sententie co ipso subiicit, ut ex texu constat, suspensionis inquam ab omni actu, & opere, & capitulare, & communis iurisdictionem Ecclesiasticam exigen-te, ut notauit Suar. de simonia. lib. 4. cap. 9. 6. n. 8. quia capitulum alterius suspensionis effectus capaz non est.

Sepima excommunicatione referatur habetur in Extravag. 2. 1. cum detestabile, de simonia, in qua innouant omnes peccata aduersus simoniacos in antiquioribus canonicis latet, aduersus inquam simoniacos reales; & de iis enim texus loquuntur non de simoniaco mentali, vel conuentionali, idemque necessaria est, ut dario, & receptione pro spirituali intercedere, alias non erit simonia completa, & penitus huius Extravag. subiecta: ut latè dixi tract. de viis religioni oppositus dispat. ut. 2. simon. p. 22.

Ex eo autem quod peccata antiquorum Canonum conser-vantur, & innouentur non infertur eas, quæ iure antiquo te-reditæ sunt praesenti Constitutione ipso iure ferti: sed immu-nari, & confundari sicuti ante ea erant. Neque obest quod Pon-tifex innouans, & confirmans prædictas peccata subiungat quas ipso facto eos incurvare volumus, ut inde infertur sententia ferenda esse nunc ipso iure latet. Nam illa verba quæ ipso facto eos incurvare volumus, præstant hunc sensum: peccata antiqui iuribus statutis volumus simoniacos sue pa-blicum, suis occulatum ipso facto simoniaco incurvare, con-modo quo à iure statutæ sunt: Cum autem antiquo iure nulla sit pena ipso iure latet, sed per iudicem ferendam efficiatur sanè ex vi huic Extravag. non innovetur, alia's hac Constitutione non est innovatio, & confirmatio antiquorum Canonum, & sententiarum quæ in ipsi continentur, sed distincta lex, & confirmatio, & distinctione præmonstratio. Atque ita docent Nauarr. c. 2. 3. n. 111. Graffis 1. p. deci. lib. 2. cap. 97. num. 3. Sua-rez cap. 55. de simonia num. 8. & disp. 22. de coniur. sed. 1. n. 21. Fillius tractat. 45. de simonia capitulo. 13. quæst. 3. p. 24. num-ero 19.

Tametsi prædictæ peccata, & Constitutiones antiquorum

Canone

*Ex promissa, pag. 21. Naldus, verbo gratia nunti. t. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 3. num. 1. & alii.*

Actio igitur in Extravag. Bonifacij VIII. prohibita, & à Gregor. XIII. consummata triplex est. Prima est pacum, sed promissio aliquius paup., vel magni, vel illius datio, & recepitu pro gracia, vel iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam Secundum gratia, vel iustitia sic obteret uti. Tertia non reuelate intra triduum eos qui praedictas promissiones fecerint, vel receperint.

Quoad primam actionem dubium est. An si promissas animo non te obligandi, vel non adimplendi promissionem in hanc excommunicationem incidas? Negat Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 3. quia ea promissio non est vera promissio sed ore tenus casuum. At pene impotest sunt promissiones, & pacto ergo inutili debet de vero pacto, & promissione non de ficio, cum lex penalis vita proprietatem verborum non sic extendenda. Ceterum verius sensus oportunit: nam in praesenti ea promissio, vel pactum prohibentur, ex quo superior moueri potest ad gratiam vel iustitiam concedendam; at ex promissione ficta & que ac ex vera mouetur, cum fictio illi ignora est. Ergo quocunque ex his promissionibus sub praedictis penitus prohibetur. Praeterea expendo praedictam fictionem non posse releuare promissionem a dictis penis: primo non reuelat quod promittente careat animo se obligandi; quia nonquam habete potest haec animum se obligandi; cum res illicita sit; neque item reuelat, quod careat animo adimplendi promissum, cum non sit opus ad incurram hanc censuram promissionem impliri. Non igitur ex animo se obligandi, vel adimplendi promissum exculpari possit ab excommunicatione. Deinde acceptans promissionem illam fictam, & vi illius gratiam, vel iustitiam prattans excommunicationem incurret quia non liberaliter sed ob rem onerosam & precio estimabilem gratiam, vel iustitiam confert, quippe illa promissio sive vera, sive ficta se promittente onerosa est, & pene arbitrarie subiecta, quod est sufficiens ut pretio estimetur, ergo eam promissionem prastans eadem pena innoxidabitur. Tum quia rexus quem promittentem, ac acceptantem promissionem excommunicatione ligat. Tum quia hic est quidem contractus, qui non potest ex una parte & non ex altera claudicare. Tum deinde si praetans gratiam, vel iustitiam ob promissionem fictam in excommunicationem incurret, quia illa promissio pretio est estimabilis. Ergo illam promissionem offensio pro iustitia, vel gratia obrivenda rem pretio estimabilem offerit, & consequenter sufficientem ut excommunicatione puniatur. Deinde si accepta gratia, vel iustitia rem quam ficta ante promissi donares, confer Bonac. dicta de poto. t. 2. q. 3. p. 3. num. 8. ver. hoc tamen limita, ut excommunicatione ligari. Ac hoc nullatenus constitere potest, si promissio ficta ex se non est sufficiens ad censuram contra hendam. Nam praesenti coniunctione non prohibetur datio pecuniae pro gratia obtinenda vel obtemperata, sed prohibetur datio pecuniae ex pacto. Ergo si pactum illud fictum non esset pactum huc excommunicatione subiectum, illa dacio pecuniae excommunicatione non subiceretur.

Hinc solutio quæstio: An promissio gratitudinis futura alieni facta subiectum hunc censuram: ut si promitteres collatoris te gratiam illi esse futuram, beneficii exhibiti recordarum, & similia? Et quidem si hæc vere promitteres, idque collator cederet, non dubito te in excommunicationem incidere; quia sub generalibus verbis promissionem praefas vel preter estimabilis. Quippe gratitudo futura obsequia, munera, alaque similia comprehendit, & quialet ergo huius gratitudinis futura promissio, promissione pecuniae donanda. Atque ita docent Molin. t. 1. de iust. tract. 2. disp. 92. vñf. unde quod Azor. 3. p. lib. 12. cap. 23. q. 1. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 3. num. 10. neque dissentunt. Nauar. In praesenti comment. de datis & accepis, nos ab. 11. Filiucus tract. 1. cap. 6. q. 3. num. 12. Verum si futuram gratitudinem offeres animo promittendi, sed significandi quid postmodum præstiteris, idque collator perspicuum esset, nullatenus credo te in excommunicationem incursum, uti expressè tradit. Nauar. & Filiucus sibi. Neque dissentunt Molina, Azor, Bonac. locis alleg. quia nullum pactum, nullamque promissionem facis, quod ad censuram requiritur. Praeterea eti nulla sit obligatio gratitudinis exhibenda collatori eo quod ipse non ex mera liberalitate, sed ex obligatione sui muneri gratiam, & iustitiam confert, atamen ratione consonum est ob eam gratiam, & iustitiam præstiteris gratias illi referre; maximè si absque iniustitia posset gratiam deoegare, & iustitiam in favorem alterius præstare, ergo non est à ratione alienum hanc ei gratitudinem significare; quia non significatur ei aliquid illicitum, & quod in ipsa gratia, vel iustitia facta contentum non esset. At Pontifex in hac constitutione non puniit id quod ratione est conforme, ergo nequaquam punire hujus gratitudinis significationem. Neque obest quod inde moveatur ad gratiam, vel iustitiam faciendam alias non facturas; quia id solam probat moueri ob spem gratitudinis futuræ:

Canonum innocentij: ut præsenti constitutione excommunicatio ipso iure solam feratur aduersus simoniacum in ordine, & in beneficio, de his tantum Extravagans sermonem facit, uti tradunt Doctores superlati, & docimus dicta disp. de simonia p. 21. Quia excommunicatione afficit omnes illos qui mediatores extirpantes procuraverunt, vel talis simonia in ordine, & in beneficio committatur, ut explesè haberetur in Textu. Quid autem nomine ordinis, & beneficij inelucidendum sit prædicta disputa. 22. & seqq. declarauit.

Praeter hanc peccatum excommunicationis statutum suspensio ab executione ordinum omnibus illis qui simoniacum fuerint ordinati, insuperque iritantan electiones, postulationes, confirmationes, prouisiones, & quælibet alia dispositiones simoniacæ in Ecclesiæ Monasteriis, dignitatibus, personatis, officiis Ecclesiasticis, & quibusvis beneficiis contingentia, ita ut ex illis nullum ius prouiso acquiratur, fructusque faciat suos, sed ad illorum omnium que percepti restitutione sub somma sue periculis sit altius. Addit tandem Pontificis præceptum in omnes illos qui prædicti crimini apertam notitiam habuerint, uti Pontificis, vel cui idem Pontifex duxerit committendum per se, vel alios teuelare quantoque non omittant. Quod si non fecerint absolvi non valeant, donec prædicta reuelent. Hoc præceptum affirmant Nauar. c. 27. n. 16. Suar. disp. 22. ist. 5. n. 27. Filiucus tract. 1. 5. 4. 9. 7. n. 82. nec discent Bonacina disp. 2. p. 2. 4. n. 16. solum afficeret cariales; quia respectu illorum tantum videtur hæc Extravagans recepta. Quinimò Tabiena, Armilla, Syluest. quos refut. & sequitur Toler. lib. 1. capite. 3. num. 8. reputant hanc Extravagantem quod hoc præceptum denunciacionis nec causas afficeret, sed vsu abrogatam esse, in quam sententiam propendet Filiucus, & Bonac. locis all. gare.

16 Odia excommunicatione late est à Xto IV. in Extravag. & dominic gregi 2. de penitent. & remissiōnib. in c. illius ist. aduersus eos qui prætextu facultatum ab ipsomet Pontifice concessionem, vel concedendarum sive litteris, sive verbo, etiā generali sive reuelarent à casibus reservatis ibi expensis & in Bulla Cœne absoluere, & commutare vota peregrinationis vltimariae, & visitationis iunctum Apostolorum Petri & Pauli & S. Iacobi in Compostella, & castitatis, & religionis, quæcumque absolutio, & commutatio nullius est roboris, & momenti.

Hæc excommunicatio præsenti tempore contrahit se non potest, cum vix inveniatur cui facultas, à Xto IV. conselta sit, ut ab omnibus casibus ab ipso referatur absoluatur, quod necessarium requisitum est, ut huic excommunicatioi si locus, cum solum feratur aduersus eos qui prætextu facultatum à Xto concessarum, vel concedendarum absoluatur. Quapropter quia à casibus in Bulla Cœne contentis absolute nullam ad id habens facultatem in hanc censuram non incurreret: innodatur tam in excommunicatione latentes non referata in ultima Bulla clausula. Qui vero ab aliis casibus absque facultate absoluueret, vel hæc & alia vota commutaret, etiā gravissimum peccatum committeret, nullus tamen censuræ ipso iure reus esset, sed arbitrio Iudicis venieret puniendus. Ut tradunt Sylvest. verbo excommunicatione 7. num. 77. Nauar. c. 12. num. 75. & cap. 27. num. 74. & 105. Toler. lib. 1. cap. 36. num. 7. Suar. alii relatis disp. 22. ist. 5. num. 2. 9.

Nona excommunicatio reservata continetur in Extravag. Bonifacij VIII. quæ incipit: Excommunicamus 1. sub rit. de sententia excommunicati. vbi Bonifac. VIII. ipso iure excommunicat omnes viriisque sexus sive Clericos, sive laicos, sive Religiosos qui aliquid dant, vel recipiunt, vel promissionem aliquam tacitam, vel expressam etiam sub verbis generalibus dandi vel recipiendi pro obtinenda aliquæ gratia, vel iustitia, sibi aut aliis in causa, vel iudicis, seu alias per litteras Apostolicas & quibuscumque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda præstant; insuperque illi qui aliquid reuelerint culpabile in prædictis, & Pontifici intra dierum trium spatium per se vel per nuntium non reuelerint, ac tandem ipso gratia, vel iustitia scienter vitantes eadem excommunicatione innodantur.

Hanc constitutionem esti gravissimi Doctores, Paludan. in 4. 18. q. 3. post art. 3. s. sequitur Angel. verbo excommunicatione 7. cap. 34. Syluest. edendum 82. Nauar. cap. 27. num. 109. conseceat revocatum fuisse à Clemente V. atamen Gregor. XIII. anno 1574. die octava Novembris in Extravag. incipiente: Ab ipso Pontificatus nostri principio, que est 28. eiusdem in ordine, eam confirmauit, & illas penas extenuit ad eos qui ob item temporem sibi tradidam, vel ob promissionem illius tradidam offerunt suam operam, & industria in gratia vel iustitia obtinenda potentiorum fauorum. Tum ad illos qui prædictis omnibus auxiliis, confidunt, vel fauorem præstiterint nouas penas aggrauando, uti constat ex tenore supradictatum Extravagantium, quas ad verbum referunt Nauar. t. 3. in comment. de datis, & accepis Ludouic. Molina. t. 1. de iust. tract. 2. disp. 92. Quaranta 5. data

at non ob promissionem, & paclum illius quod expresse in Extraug. requiritur.

- 20 Sed au promissio acceptata debet, vt promittente ex communicatio liget; variant Doctores. Molina dicta disput. 92. vers. cum omnes, & Farinac. 2. parte praxis q. 11. art. 1. 3. numero 3. s. negant necessariam esse acceptationem, quia quae libet ex his actionibus excommunicationi subicitur. Inquit enim Textus. Qui aliquid parvum, vel magnum promiserint, vel promissionem reperire. Ergo sola promissio absque promissionis receptione sufficiens est ad excommunicationem inducendam. Nihilominus oppositum censeo verius cum Bonac. dicta disp. 1. q. 3. pun. 3. num. 9. quia promissio qui acceptatio deficit non est vera, propria, & perfecta promissio, nec paclum, cum non sit duorum consensus, quod expresse ad paclum requiritur. Leg. in princ. ff. de Paclis. & leg. 3. de Pollicitationib. & pluribus comprobant Sanch. lib. 1. de sponsalib. disp. 5. num. 20. At in Extraug. Bonifacij V III. promissio qua paclum sit excommunicationi subicitur. Ergo necessari debet esse promissio acceptata. Neque obest promissionem, & acceptationem vt actiones distinctas huic excommunicationi subici; quia subiciuntur cum dependentia vniuersitatis alterius. Sic enim nequit acceptatio subici excommunicationi, quia promissio praecedit, sic nec promissio subici potest, quin acceptatio subsequatur.

- 21 Promissio vero, siue datus pro gratia, vel iustitia obtinenda sufficiens est ad hanc censuram, modis sit promissio aliquius rei temporalis siue magnae, siue parvae; parvae inquam quae ad minus quantitatem peccati mortalis attingat, si furto sublata esset. Vi ex communione docet Nauarr. de datis. Et acceptis, notab. 3. ad finem. & notabilis 10. numero 20. Molin. titul. de iustit. tractat. 2. dispat. 92. vers. verum vero. Azor. titul. 3. lib. 12. capite 2. 3. quast. 3. Bonacina disputat. 2. quast. 3. punct. 31. num. 2.

Sed an quilibet res, quae in materia furti peccatum mortale constitueret, sufficiat in hac materia ad censuram incurrandam? Non conuenient Doctores. Nam Bonac. dict. t. 3. disp. 2. q. 3. pun. 3. 1. num. 1. partem affirmavit tunc, quia si haec quantitas in materia iustitiae, & Religionis sufficit peccatum mortale constitueret cur non in praeterea materia? Praeterea in materia iustitiae ex eo quantitas furo ablativa censetur esse grauis, & peccatum mortale constitueret; quia eius defectus graue incommodum domino affectet. Ergo econtra illius donatio graue affectet donatarium commodum, & utilitatem. Ergo eti sufficiens ad mouendum eum animum in favorem donantis. Denique si ex hac regula non determinatur quantitas sufficiens ad hanc censuram incurrandam raro dedidi poterit quando in particulari causa sit locus huic censurae.

Sed rectius Menoch. lib. 2. de arbitrio casu 145. num. 4. Nauarr. dictio comment. de datis. Et acceptis, notab. 3. ad finem. & notabilis 10. num. 20. Molin. disp. 92. vers. verum vero. Azor. 3. lib. 12. cap. 2. 3. 3. prudentis arbitrio relinquendum esse afferunt spectatris circumstantis tum dantis, vel accipientis, tum gratiae, vel iustitiae obtinendae.

Illa igitur censenda est materia sufficiens, quae his circumstantiis spectatris valeat collatorem alicere ad gratiam, vel iustitiam concedendam. Etenim finis huius Constitutionis est, ne collatores excecentur, neve ludices peruerterantur. Comparatione tamen huius finis quantitas quae aliquo in materia furti grauis esset, leuissima lèpè censetur, id est que nobiles, diuites, & potentes cum aliquod munus praestare volunt quantitatē excedentem ea que in materia furti grauis reputarunt donant, neque contrarium facere audent; quia eorum statim ea donatio dedecet. Quare non ex graui, vel leui utilitate, quae donatorum prouenter potest ex acquisitione donata, sed ex efficacia ad ipsius animalium mouendum, & ceterum defumenda est grauitas huius donationis, seu promissionis. Neque est inconveniens non esse certam quantitatem definitam pro singulis casibus; satis enim est generaliter definita esse, cum quantitatem sufficientem esse, quae prudentis arbitrio infestere valeret donatarium ad gratiam, vel iustitiam concedendam.

- 22 Porro dicta promissio, seu datus praestari debet pro gratia, vel iustitiam obtinenda. Nomine gratiae veniunt absoluciones, dispensationes, beneficia, pensiones, priuilegia, facultates, alias similia, tametsi solo verbo concessa fuerint, ut indicant illi verbis: Et quibuscumque aliis modis. Et tradit Nauarr. comment. 3. de datis. Et acceptis, notab. 17. num. 2. 9. Azor. 3. lib. 12. cap. 2. 4. q. 6. Mol. t. 1. de iustit. tractat. 2. disp. 92. vers. poneamus. Bonac. disp. 2. q. 3. p. 3. 1. num. 1. Nomine autem iustitiae tantum venit sententia definitiva, sed interlocutoria, tametsi in arbitrio iudicis sit sit, vi tradunt Doctores nuper relati. Quod manifestum est apud omnes, cum iustitia causa ex parte donantis dubia est, quia eo casu est periculum perversionis. Verum si iustitia certa sit & pro illius expeditione siue absoluta, siue maturiori ab illo vilius præjudicio aliquid donares, vel donandum promitteres censem Nauarr. dictio comment. de datis. Et promissis, notab. 9. num. 14. te non incurre in

peccatas huius Extraug. quia non praestas actionem, que alia iure naturali, diuino, vel positiuo prohibita est. Nullibus namque prohibitum invenitur mouere iudicem maneribus ad praestandum id quod de se bonum est, & nemini nocivum. At hæc Constitutione cum solùm dationem, seu promissionem interdicit, que (ipsa seclusa) interdicta est, ut colligunt aperiunt ex fine ipsius, illis verbis declarato: Ut domus, & curia nostra a sorribus purgetur, & ex illis. Que cum peccata, finit, curia nostra existimationem offendat, que supponat prædictas actions iniquas esse, & curiam Romanam maculare, reclamante illius estimationem laderet.

Sed rectius Molina dicta disp. 92. vers. ego verò, non audeo huic sententiæ excepto casu remedium vexationis acquirere, esto iure naturali, vel diuino hac donatio prohibita non sit, iure tamen ciuii prohibita est; siquidem in Autent. ut litigantes cauator, ut litigantes in principio huius iure nihil se daturos iudici quacumque ex causis quia esto in uno, vel alio casu cesser periculum pervercionis, per se tamen, & frequenter adest. Hæc autem prohibito locum habet in foce Ecclesiastico, cum contrarium decisum ibi non sit, & eius canarum sincerum expeditionem soueta. Dixi excepto casu remedium vexationis; quippe hoc redemptio licita est, & iure naturæ permisa, quam lex ciuii; neque Ecclesiast. ea prohibere intendit. Si enim pro te iustitia aperta est, timecleope probabiliter non obseruandam, vel iniquè detinendam, nisi aliquid iudici promitteres, vel donares, nullum peccatum in ea promissione, vel donatione committes, nullamque censuram incurres.

Grauior dubitatio est. An si pro auferenda, vel diffundenda alterius iustitia aliquid iudici largiaris in hac incidas excommunicationem? Communis sententia defendit affirmativam partem cum Nauarr. notab. 17. num. 19. Mol. disp. 92. vers. castrum. Filiucius tract. 1. cap. 6. quast. 3. num. 13. Bonac. t. 1. disp. 2. q. 3. pun. 3. 1. num. 2. quia iniqua sententia iustitia in iure non cupatur. Argum. leg. ius pluribus modis ff. de iustit. Et iure. Ideo quod index etiam cum iniqua iudicari us ferre dicitur, saltem ex obligatione. At praesens constitutio prohibet pionissimum, seu dationem pro obtinenda iustitia, seu pro obtinendo alio iudicium. Ergo. Praeterea ideo donas, vel promissio donationum iudici pro alterius iustitia auferenda, vel diffundenda inde tibi emolumenum prouenire: ergo comparatione donationem, vel promissionem praestas pro gratia obtinenda. Denique in donatione ob huiusmodi finem gaviamonem culpam committis ea, quām committeres pro obtinenda gratia, vel iustitia. Ergo non est verisimile vobisse Pontificis haec leuitorum culpam grauibus penis punire, & grauorem immensum relinqueret.

Cæterum eti hæc sententia tenenda, & consulenda se, contraria tamen non videatur improbabilis, illamque docuit Farinacius in prax. crimin. 3. p. quast. 1. 1. num. 3. 1. Peccatumque extendendæ non sunt ultra verba in legi contenuta. At sub nomine gratiae, vel iustitiae obtinendæ nequit iustitia sententia comprehendendi, quippe non comprehendit sub nomine gratiae, cum non sit beneficium, penitio, absolucio, dispensatio, indulgentia, facultas, vel priuilegium, tametsi ea aliquam utilitatem accipias. Si enim iusta sententia in tui favori lata nullatenus gratia nuncupatur, & à fortiori nec noncupatur est iustitia sententia in alterius præiudicium. Quod verbi nec sub nomine iustitiae obtinendæ veniat iniqua sententia, inde probo; quia iniqua sententia non est iustitia, ergo nequit sub nomine iustitiae contineri, quia non contrarium aliud sub se non continet. Neque obest iniquam iudicis sententiam iustitiam appellari; quia sic appellatur non ex actu quem præstat, sed quem præfaretur. Extraug. autem prohibet promissionem non pro obtinenda iustitia, quam index præstat ex officio tenebatur, quia hæc in se est obiectio, & iudici inest; sed pro obtinenda iustitia donanti proficia, & ab ipso optara. Neque item obest grauorem culpam committi in promissione pro auferenda, vel diffundenda alterius iustitiae, quam pro illa obtinenda, quia inde solùm inferit grauioribus penis puniendam fore, non tamen inferit defactio, & ipso iure punitam esse; & forte quia hæc culpa nostra frequenter contingit. Tandem probari potest, quia Pontifex excommunicat eos qui gratiam, vel iustitiam sic iniquè obtinent, ut si fuerint scienter. At nullus viror iustitia facta, sed illam sustinet. Ergo in iustitia sub nomine gratiae, vel iustitiae non comprehenditur.

Sed an opus sit gratiam, vel iustitiam obtinendi, vt promissio vel donatio ex promissione excommunicationi subicitur? Difficiliter non carerit; eo quod verba legis & maxime penalium cum effectu sint intelligenda. Sed omnino dicendum est sufficiens esse promissionem, seu donationem fieri pro gratia, vel iustitia obtinenda, ut excommunicationi locus sit tametsi gratia, vel iustitia non obtineat; quia Textus volumen hanc promissionem, vel donationem requisit, non autem exigit gratiam vel iustitiam consecutionem. Neque est vilium reticulum ex quo id colligi possit. Et licet verba legis cum effectu sint intelligenda, effectus tamen ad hanc censuram incurram

### Disputatio III.

### Punct. XXVII.

105

rendam in hac Extraug. præscriptus est sola promissio, seu donatio ex promissione, anque adeo ipsa est sufficiens, ut censor locum habeat. Ut tradit Nauarr. dicto comment. de datis, & promissis notab. 2. num. 3. Farinac. 3. p. praxis q. 111. n. 348. Bonac. disp. 2. q. 3. p. 3. 1. num. 14.

<sup>16</sup> Illud vero est certum gratiam, vel iusticiam pro qua donatio, vel promissio sit debere esse à Sede Apostolica, ut constat ex illis verbis textus apud Sedem Apostolicam obtinenda. Nomine autem Sedis Apostolica existimat Azorius 3. p. inst. moral. cap. 24. q. 7. Fillius tract. 15. cap. 6. q. 3. num. 139. Bonac. 3. de censur. in particul. disp. 2. q. 3. p. 3. 1. num. 4. intelligi in praefati sumnum Pontificem, cuiusque tribunal non solum quatenus iurisdictionem spiritualem, & à Christo acceptam exercet, sed quatenus exercet iurisdictionem temporalem, quia secundum frequenter modum loquendi qui in legum interpretatione spectandus est, sedes Apostolica utramque iurisdictionem complectitur. Quod inde efficaciter confirmatur; quia Pontifex intendit ab his sordibus, & iniquitatibus suam domum, & curiam purgare; at nomine curie non est dubium intelligi tribunal Pontificis tam iurisdictionem temporalem, quam spiritualem exercens. Ergo idem intelligitur in praefatis sub nomine Sedis Apostolica.

<sup>17</sup> Nihilominus eti prædicta sententia sit satis probabilis, veris ex ultimo nomine Sedis Apostolica solum Pontificem, cuique ministros iurisdictionem spiritualem exercentes intelligi, sicut docuerunt Nauarr. dicto comment. de datis, & promissis notab. 2. num. 3. Molina disp. 92. vers. iam vero. Dicior quia Sedes Pontifica integrè, & perfectè completa erat, cum nullam iurisdictionem temporalem exerceret, ut patet iunctio nascientis Ecclesie. Non igitur iurisdictione temporalis sedem Pontificiam continuat. At lex penaliam stricte, & non laè interpretari debet, verbaque illius in sensu proprio, & rigore loqui sunt accipienda. leg. n. delicti. §. x. ratus. ff. ad legem auxilium. Ergo Sedes Pontifica pro iurisdictione spirituali, & non temporali intelligi debet. Neque obest quod secundum frequenter & vulgarem modum Sedes Pontifica utramque iurisdictionem complectatur; quia lex penaliam si extensem recipit ex vulgar modo loquendi proprio, & rigoroso, secundum modum loquendi proprium, & rigorosum interpretanda est, non secundum vulgarem. Neque ex eo quod nomine curie Pontificium tribunal utramque iurisdictionem exercens intelligatur, velique Pontifex hac constitutione suam domum & curiam ab his sordibus purgare, licet est inferte nomen Sedis Apostolica ibi expellat aequè latè patere ac curiam; cum similiiter intendat suam domum purgare, sicut nomen Sedis Apostolica comprehendere quidquid comprehendit curia, & dominus Pontificis. At hoc fallit est, neque opposita sententia Doctores admittunt. Non enim obtinentes à Pontifice quatenus persona particularis est, vel ab eius domestica promissione pecunia aliquam gratiam hac excommunicatione innondantur, quia non obtinet à Sede Apostolica, tametsi hæc iniquitas dominum Pontificium macularet.

Conveniunt tamen omnes ob obtinentem gratiam, vel iustitiam apud Episcopos imo apud Legatos Pontificis extra Romanam curiam, te hac censura non ligari; quia non obtinet apud Sedem Apostolicam formaliter.

<sup>18</sup> Secunda actio, ob quam excommunicatione indicitur in dicta Extraug. Bonifac. VIII. I. est vñs gratie, seu iusticie sic obiecta. Quod intelligendum est efflo principio ignarus fuitis si obtentam fuisse, dummodo tempore illius vñs consciens nisi inquit confectionis.

<sup>19</sup> Tertia actio sub censura prohibita in dicta Extraug. est non revelare intra triduum eos qui pro obtinenda gratia, vel iustitia premium promiserunt, donarunt, vel accepserunt. Quod intelligendum est, si in suo delicto perficiant, neque fraternali correctione emendari sperentur, eorumque delictum probabile sit. An vero obligentur ad hanc præstandam denunciationem extra Romanam curiam existentes difficultate non careret, Bonac. 3. disp. 2. q. 3. p. 3. num. 19. reputat probabilius obligatos esse quia peccatis ob alias actiones in hac Extraug. expellit ligantur existentes extra Romanam curiam: ut concedit Nauarr. notab. 2. num. 37. Molina disp. 91. in fine. Fillius tract. 15. cap. 6. q. 2. num. 13. & alii communiter. Ergo etiam ob omniam denunciationem. Neque obstat quod non possint intra triduum hanc præstante denunciationem, quia non inde inferunt ab obligatione eximi, nam illud tempus non ad finiendam obligationem, sed ad illam sollicitandam appositum est, ut qui potuerit intra triduum denunciare reatu, si minus quando commode possit.

<sup>20</sup> Ceterum verius est solos in Romana curia existentes hoc præcepto denunciationis ligari. Sicut docuit Sylvest. verbo excommunicatione 7. sensu 43. Nauarr. comment. de datis, & promissis,

notab. 2. num. 37. Molina dicta disp. 91. vers. cùm omnes. Filiius tract. 15. cap. 6. q. 2. num. 12. Azor. 3. p. inst. moral. lib. 12. cap. 14. q. 8. ad finem. Dicior hac consideratione, si Pontifex vellet ad hanc denunciationem præstandam obligare æquè in Romana curia, ac extra existentes, terminum obligacionis communem omnibus designaret, intra quem pleniusque possent obligacionis latifacere. At ille terminus triū solis in Romana curia existentibus deseruire potest, reliquis vero nunquam, vel raro. Ergo afferendum est nos hinc Pontificem alios quam Romane curie commorantes sub hoc præcepto comprehendere.

Hic actionibus Gregor. XIII. aliam triplicem addidit principalem, & aliam accessoriā. Prima principalis est, Nunclari expeditione gratia, vel iusticie. Potentiorum suffragationibus iunctando. Si enim ob fauorem quo polles apud Principem premium reciperes, vel gratiam, vel iustitiam alteri acquiras, in hanc excommunicationem incidet, quia concuerit premium recipere pro gratia, vel iustitia obtinenda, cum suffragatio illa omnem suam estimationem habeat à gratia, vel iustitia, quam obtinere promisisti. Secunda est effectori, & industria, quem in hac suffragatione interponis, vel pro domino, & incommodo inde ubi prouesiente, cum te reddas minus aptum alii, suffragandi premium reciperes. Sicut colliguntur ex Nauarr. dicto comment. de datis, & promissis, notab. 9. n. 5. & notab. 27. n. 37. Molina 1. de iustit. tract. 2. disp. 92. circa finem vers. At qui tres.

Secunda si donis, vel pollicitationibus allicias eos quo creditis valere apud Principem, vt tibi, vel alteri gratiam, vel iustitiam apud Sedem Apostolicam impetrant in hanc excommunicationem in cunctis tametsi ipso quos alliceret procurasti nihil postmodum praestent; quia sola inducitio mediis pollicitationibus, vel donis facta præfenti constitutione punitur; vt adiutavit Molina dicta disp. 92. circa finem vers. secunda eis. Bonac. 1. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 3. 1. num. 6.

Circa hanc duplēctionē actionē quæstio est, cùm penis huius Extraug. subiectiā, si familiaribus Principiū, vel iudicium, notariis, procuratoribus, aliis officialibus abundantius stipendium tribuas, quam eorum officium meretur? Certum est si maiorem solidū operam præstent, specialēque diligentiam adhibeant in gratia, vel iustitia expeditionem, posse eis causam stipendium abundantius recipere. At posse diligentiam solito non excedere, sibut abundantius stipendium dones, videris pro gracie, & iustitia consecutione dōnare, atque adeo censuris subiecti. Sic Bonac. 1. 3. disp. 2. q. 3. p. 3. 1. num. 14. Sed distinguendum est, si vere, & propriè pro ministerio, & officio exhibendo, vel exhibite stipendium ex officiis presbiteris, nullam penam Extraug. incurris; quia illud est premium non gracie, & iustitiae, sed ministerij & officij exequendi; tametsi indebitum. At si excessum prius concedas Superiori, vt illum alicias ad gratiam concedendas, vel iustitiam ferendas, vel concessas familiari Principi, Notario, vel Advocato, vt ratione familiaritatis quam cum Superiori habent illum electas ad gratia, concessione sine dubio penis huius Extraug. subiectiā, quia co casu excessus non est premium oblique qui exhibendi, vel exhibiti, sed gratiae, vel iustitiae confectionis medio fauore: debet tamen recipiens concius esse huius intentionis: sic Nauarr. notab. 9. num. 5. 1. Molina disp. 92. vers. quarto.

Tertia actio in dicta Extraug. Gregor. XIII. prohibita est, si mentiris fugens te prædictorum operam & industriam pretio, vel munib[us] que fuisses; quia si hoc fingas ei à quo gratia, vel iustitia est obtinenda permoveat illum potes ad concessionem. Si vero gratiam, vel iustitiam procuranti tacet extorques ab illo premium, quod fingi à te exhibitum. Preter haec tres actiones principales addidit Gregor. quartam accessoriā, scilicet præstare auxilium, consilium, vel fauorem in aliqua ex prædictis actionibus contentis in Bulla Bonifac. VIII. te atra, ut adiutarent Doctores relati.

Pœna in supradicta Extraugang. imposita varie sunt. Prima, quam tulit Bonifac. VIII. & Gregor XIII. confirmavit, est excommunicatione ipso iure lata, & Pontifici reseruata. Secunda irritatio gratiae, vel iustitiae sic obrent. Tertia obligatio restituendi pauperibus premium accepsum, an equum beneficium abolitionis bineatur. Nam esto spectato iure naturæ danti redditum est fieri maxime ante gratiae, vel iustitiae expeditionem: ut Pontifex ob commissam turpitudinem virium que dominio prius prævavit, & pauperibus applicet, quibus ante impensum abolitionis beneficium præcipit tradendum fieri potest.

In Extraug. vero Gregor. XIII. ultra supradictas pœnas prævaricantur ipso iure delinquentes omni beneficio Ecclesiastico, & omni officio tam Ecclesiastico, quam seculari, tam perpetuo, quam temporali; infamiaque perpetua subiunguntur, quod

quod intelligendum est posta sententia saltem declaratoria criminis: Vti norat Nauarr. notab. 31. numero 44. Axor. t. 3. lib. 12. cap. 2. 4. quæst. 8. 6. Filius eius tract. 15. cap. 9. quæst. 4. Item redundar in habiles ad illa omnia officia, & beneficia, & ad quæcumque alia, & insuper arbitrio iudicis suu puniendo pro volufuliusque delicti qualitate, & aliorum exemplo dignum fuerit: illis tamen qui rem adhuc incognitam, compliceque, ac factores, & socios detexerint, impunitas conceditur.

Hæ pœnæ comprehendunt omnes clericos, Religiosos, & laicos veriusque sexus sue familiæ curia, sue vndequecumque alios. Sed ut comprehendantur Cardinales, & Episcopi? Difficultate non caret. Videatur namque non comprehendendi, quia nomine clericorum esto in lege fauorabilis venient omnes in dignitate constituti, non autem in lege penali, & officiosa: vti tradit Abbas in Rub. de vita, & honest. clericorum. num. 4. & alios relatis Sanch. lib. 6. in decal. cap. 15. num. 7. 4. Sed longe verius est sub hac constitutione comprehendendi Cardinales, & Episcopos, & à fortiori quolibet alio Clericos in dignitate constitutis. Nam quamvis secundum frequentem loquendi vium nomine Clericorum non soleant Episcopi, & Cardinales, neque personæ in dignitate constituta intelligi; attamen in præfecti ex subiecta materia, & legis fine comprehensi intelliguntur. Quippe Pontifex suam domum, & curiam intendit, hac constitutione ab illa iniqua gratia, vel iustitia concessione, & negotiacione purgare. At huiusmodi finem non conquefetur, si Episcopos, Cardinales, alioque in dignitate constitutis non comprehendenderit, cum hi sint præcipue, à quibus gratia, vel iustitia apud SeDEM Apostolicam obtinetur. Quinimò nullus qui in dignitate constitutus non sit, valer gratiæ, vel iustitiam nomine Sedis Apostolicæ concedere. At concedens gratiam vel iustitiam ex pretio accepto, vel promissione illius acceptate penitentia declaratoria Constitutionem afficit. Ergo sub nomine Clericorum initio constitutionum apposito, omnes Clerici etiam dignitate fulgentes intelliguntur. Ergo etiam intelliguntur Episcopi, & Cardinales, cum nullum fundamentum sit, quare iij. excipiuntur à nomine Clericorum absolute prolati, prius quam reliqui in dignitate alia constituti.

Fator tamen probabile esse Cardinales, imo Episcopos ob eorum eminentem dignitatem non comprehendendi in penis additis à Gregor. XIII. sic licet in privatione beneficiorum, & officiorum, & inhabilitate ad illa, & in infamia, quia cum ha pœna gravissima sit, & statutum Cardinalium, & Episcoporum dedecet, si Pontifex eos volueret comprehendere, abique dubio expellere. Vti docet Nauarr. dicto comment. de dñis. & promissis, notab. 6. num. 9. Molina dicto disp. 92. vers. bac Extraug. Bonac. dicto disp. 2. q. 3. p. 1. numero 16. Excommunicationem, & penas in his Extrauganibus contentas extendit Clemens VII. I. in Bulla qua incipit, Pro commissa nobis, quæ est decima in ordine illius Pontificis: ad omnes illos qui præfatas actiones faciunt apud quæcumque tribunalia Ecclesiastica, & eorum quoquecumque iudices etiam laicos alia Virbi Romanæ curia, ac extra eam in quibuscunque locis temporali ditioni Pontificia mediatæ, vel immediate subiectis. Et licet hæc Constitutio lata fuerit in fauorem boni, relictæ regiminis, non solum promissiones, & donationes pro grata, vel iustitia directæ bonum publicum spectantes prohibentur, sed etiam quæ singularem bonum, & utilitatem respiciunt, ut bene aduerit Bonac. disp. 2. q. 3. p. 31. n. 4. Tum quia hæc Extraug. Bonis. VIII. & Gregor. XIII. prohibita erant. Tum quia bonum commune, & rectum regimen ex singularium actionibus penderit.

32. Decima excommunication fertur in Extraug. Ioann. XXII. quæ incipit: Dierum crescente malitia, ist. de panis, vbi Pontifex excommunicat ex commorantibus in provincia Marchæ Ancoræ, eos qui eius Rectores, seu Officiales, iudices, Thefaularios seu locum illorum tenentes occident, vulnerauerint, captiuerint, ceperint, detinuerint, insecuræ fuerint, vel insultum fecerint contra aliquem illorum, vel in locum vbi moram trahunt, aduersus eos qui in prædictis auxilium, consilium, vel fauorem præstiterint. Addunturque alii penæ similes iis quæ statuuntur in capite felicie. de Panis in c.

Hanc constitutionem non videtur improbabile vnu abrogaram esse, scuti indicat Filius eius tract. 15. cap. 4. q. 9. num. 9. 3. & colligi potest ex eo quod graues Doctores recentes excommunicationes in Extrauganibus contentas huius non meminerunt. Vti Tolet. Suar. Sayrus, Nauarr. & alii.

Sed posito quodd hæc constitutio in suo primæro robo permaneat, aduentandum est non comprehendere quolibet delinquentes, sed eos tantum, qui in prædicta provincia commorantur, vel colliguntur ex illis verbis: In ea provincia moram trahens, & notaui ibi Glosa, Bonac. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 31. n. 4. Quare advena, & peregrinus esti aliquam ex prefatis actionibus committat censura, & penas huius Extraug. non ligatur. Secundum aduerre, esse satis probabile non contrahi hanc censuram ob offenditionem cuiuslibet Re-

ctoris, Judicis, & Magistratus, nisi jurisdictionem habeat in spiritualibus, & temporalibus. Vti indicant illa verba Textus: Qui pro tempore regimini dicta prouincia in temporalibus, & spiritualibus autoritate Apostolica præferent. Vt tradit ibi Glosa, Bonac. suprà.

Vndeclima addi potest ex Extraug. Diuina de Prælögij, vbi Eugenius I V: excommunicationi, suspensioni, & interdicto subiici Episcopos, alioque Prælatos, qui venientes ad Romanam curiam causâ negotiorum beneficis priuant, & alii conferunt, & eisdem penis afficit recipientes. Hanc Constitutionem explicu*pun. 1. §. 13.* quia coincidit cum excommunicatione Bullæ Cœnæ.

Solum aducto vnu receptum esse prædictam Constitutionem non prodest omnibus curialibus, sed officialibus Papæ, Cardinalibus, Cardinalium familiaribus, Iudicibus, & similiis, sed in tantum solum prodest ex extra curiam convenientur, non vero ut alios conuenienti possint, & ad curiam trahentur. Quinimò neque etiam prædictis prodest, si à curia recollecti animo non redeundit, aut longo tempore extra curiam fuerint comorati. Leg. fin. Cod. de agribus, in reb. lib. 12. aut si Eugenianæ cesserint conferrendo citationi alterius iudicis extra curiam competenter. Cap. 1. de litis contestat. in 6. aut si fuerint citati ob cauam beneficiorum extra Romanam curiam existentium ex Concilio Tridentino, siff. 2. 4. cap. 1. de reformat. Secundum aducto satis probabile esse Episcopos, & eorum Superiores sola excommunicatione ligari, non suspensione, & interdicto, siquidem sub generalibus verbis tantum exprimantur: vnu docuit Suar. de censur. disp. 3. 3. siff. 1. num. 8. Filius eius tract. 15. num. 14. Tertiù aducto excommunicationis abolutionem referuatam esse non vero suspensionis, & interdicti. Vide Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 3.

## PVNCTVM XXVIII.

Expenduntur excommunications extra corporis roris Ponifici referuatae aduersus Cardinales, Episcopos, Prælatos, & Officiales Ecclesiasticos.

1. Expenditur excommunicationis aduersus committentem simiam in electione summi Pontificis.
2. Declaratur excommunicationis aduersus eos qui vivente Pontifice procurant media simonia in Poniticiem eligi.
3. Declaratur excommunicationis aduersus eos qui non seruarent formam prescriptam à Greg. X. in electione summi Pontificis.
4. Declaratur excommunicationis aduersus resolentes vota in Consilio data.
5. Declaratur excommunicationis aduersus eos qui padum aliquod iniuriant super futura creatione summi Pontificis ipso vivente, aut vacante Sede.
6. Item declaratur excommunicationis aduersus mittentes litteram ad Cardinales in Conclavi assistentes pro electione Pontificis.
7. Declaratur excommunicationis aduersus Episcopos, qui contra formam prescriptam à Pio V. beneficia conseruntur.
8. Item excommunicationis aduersus officiales, sacra Poniticien, qui officia sua fideliter non exercuerint.
9. Item excommunicationis aduersus ministros Camera Apostolica, non seruantes quæ à Paulo III. prescribuntur.
10. Item excommunicationis aduersus gubernatores Romana Ecclesia recipientes munera.

Primum excommunicationem Pontifici referuata ult. Iulius II. in Bulla qua incipit: Cum tam diuina, quam humano iure aduersus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui Sede vacante in electione summi Pontificis simoniam committunt promittendo, vel recipiendo ipsaque electione irrita esse decernitur, & insuper se electus, & electores punitur dignitate Cardinalium, beneficis, & officiis, minima octo dies postquam fuerint requisiti se coniungent, aliis quæ à dicta simonia immunes existunt, conceditque Clericorum, populoque Romano impunè recedere ab obedientia dicti Pontificis. Quod si ipse se regimini Ecclesiæ ingellet, possunt Cardinales implorato auxilio Brachij secularis cum removete, aliquinque eligere, ad cuius electionem etiam Cardinales simoniaci concurrent posunt. Excluduntur pena hac excommunicationis, & privationis, beneficiorum, officiorum, & bonorum, & inhabilitatis ad illa, ad eos omnes qui quoquo modo in prædictis adiutoriis exiterint. Deinde ad eos qui huius dispositioni, & Constitutioni contravenire, seu contra aliquid ibi contentum statuere, disponere ordinare, vel aliquo modo facere presumptamente quoquecumque querito colore, vel causa, vni latius in prædicta Bulla continetur. Quæ Bulla recepta fuit à Concilio Lateranensi, siff. 5. sub Leone X. vbi